Liber Cartusie Dantensis 3

In die Parasceues

In adoracione sancte crucis R. pm

Popule meus quid feci tibi aut quid molestus fui tibi responde
michi. Quia eduxi te de terra egypti Et de domo
servitutis liberavi te. V. Et misi ante faciem
tuam moysen et aaron et mariam Et de do. R. 2m

Expandi manus meas tota die ad populum non
credentem et contradicentem michi. Qui ambulant
vias non bonas et post peccata sua. V. Qui
dicunt recede a me ne appropinques michi. Qui am. R. 3m

Ecce vidimus eum non habentem speciem neque
decorem aspectus eius in eo non est. Hic peccata ~~ma~~
nostra portavit et pro nobis dolet. vulneratus est
propter iniquitates nostras. Cuius livore sanati sumus
V. Vere languores nostros ipse tulit et dolores
nostros ipse portavit. Cuius livore. R. 4m

Tradidit in mortem animam suam et cum sce-
leratis reputatus est Et ipse peccata multorum
tulit et pro transgressoribus rogavit. V. Propter
scelus populi mei percussi eum. Et ipse. R. 5m

Ego quasi agnus innocens ductus ad

578.

57. 4713

immolandū et nesciebā Consiliū fecerunt
inimici mei adu'sum me dicentes. venite
mittam9 lignū in panē ei9 et cōteramus
eum de terra viuenciū. V. Vidisti dn̄e
iniq̄tatē eoꝝ adu'sū me. iudica iudiciū
meum Consiliū fecerunt &c. ·A·